Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



que in primem aaron · et filiorum eius
iure perpetuo · a filiis israel · quia p
mitiua sunt et iuncta de uictimis
eorum pacificis · que offerent domino
Vestem autem sanctam · qua utetur a
aron · sed erunt filii eius post eum ·
ut unguentur in ea · et consecretur
manus eorum · Septem diebus u
tetur illa · qui pontifex pro eo fuerit
constitutus de filiis eius · et qui in
gredietur tabernaculum testimonii ·
ut ministret michi in sanctuario · A
rietem autem consecrationis tol
les · et coques carnes eius in loco sa
cro · quibus uescetur aaron et filii
eius · Panes autem qui sunt in canis
tro · in uestibulo tabernaculi testimo
nii comedent · ut sint placabile sacri
ficium · et sanctificentur offerentes
manus · Alienigena non uescetur
ex eis · quia sancta sunt · Quod si
remanserit de carnibus consecra
tis · siue de panibus usque in mane ·
burres reliquias igni · non come
dentur · quia sanctificata sunt · Si
que precepi tibi facies · super aaron
et filios eius · Septem diebus con
secrabis manus eorum · et uitulum
pro peccato offeres per singulos dies ·
ad expiandum · mundabis que alta
re · cum in molaueris expiationis
hostiam · et unges illud in sanctifi
cationem · Septem diebus expia
bis altare · et sanctificabis · et erit sanc
tum sanctorum · Omnis qui tetigerit
illud sanctificabitur · hoc est quod
facies in altari · Agnos anniculos
duos per singulos dies iugiter · Vnum
agnum mane · et alterum uespere ·
Decimam partem similae conspe
ge oleo tunso · quod sit mensuram
quartam hin · et uinum ad libam
dum eiusdem mensure in agno
uno · Alterum uero agnum offeres
ad uespam · Iuxta ritum matutinae oblationis · et iuxta ea quae diximus in odorem suauitatis · Sacrificium est domino oblatione perpetua · in generationes uestras ad ostium tabernaculi testimonii coram domino · ubi constituam ut loquatur ad te · Ibi que precipiam eis · filiis israel · et sanctificabitur altare in gloria mea · Sanctificabo et tabernaculum testimonii cum altari · et aaron cum filiis eius · ut sacerdotio fungantur michi · et habitabo in medio filiorum israel · ero que illis deus · Et scient quia ego deus dominus eorum · qui eduxi eos de terra egypti · ut manerem inter eos · ego dominus deus uester ·

XXX

Facies quoque altare · in adolendum thymiama de lignis setim · huius latitudinis cubitum longitudinis · et alterum latitudinis · i · quadratum · et duos cubitos in altitudine · Cornua exinde procedent · uestes que illud auro purissimo · tam craticulam eius quam parietes · per circuitum · et cornua · facies que ei coronam aureolam per gyrum · et duos annulos aureos sub corona · per latera singula · ut mittantur in eos uectes · et elatere portetur · Ponesque uectes · facies de lignis setim · et inaurabis · Ponesque altare contra uelum · quod ante archam testimonii pendet · coram propitiatorio · quo tegitur testimonium · in · loquar tibi · Et adolebit